

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theologiae Doctor  
... Ad Exequias quae Nobilissimae Coniugi Et Filiae a Viduo & patre moestissimo  
Hodie ad horam primam parabuntur, Cives Academiae invitati**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770289843>

Druck    Freier  Zugang



Qvistorp, J.,  
in M. v. d. Lühe,  
uxor. Chr. v. d. Lühe.

Rostock. 1627.







RECTOR  
Academie Rostochiensis  
**JOHANNES QVISTORPIUS**  
S. S. Theologiæ Doctor, Pro-  
fessor & Ecclesiastes.

*Ad*  
**Exequias**

*qua*  
**NOBILISSIMÆ CONJUGI**  
ET FILIÆ *Ende late!*  
à

Viduo & patre moestissimo

*Hodic ad horam primam parabuntur,*

Cives Academiæ invitati.



**R O S T O C H I**

Literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.  
Anno M. DC. XXVII.



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS

JOHANNES  
QUISTORPIUS  
S.S. Theol. Doct. Professor  
& Ecclesiastes.



Ariis modis Deus illos  
quos diligit excercet, nō  
ut ipse, quem nihil latet,  
quos in illa, quam profi-  
temur religione fecimus  
progressus, discat, sed ut  
aliis, nobisq; ipsis, patien-  
tiæ & constantiæ edendo specimina, inno-  
tescamus. Si unam illam patris creden-  
tium Abrahami temptationem considera-  
mus, qua jussus fuit à Deo, ut unicum quem  
ex Sara habebat filium dilectissimum, spem  
posteritatis, Isaac immolare, quis non hic  
fidei Abrahami robur omnibus humanis  
affe-

affectionibus potentius , cernit manifestissime? Quod, si absq; tentatione hac fuisset, nec ipse Abrahamus in se notabat, nec nos unquam perspexissemus. Age considere-  
mus, quibus & quot machinis tentatio, pa-  
tris fidelium animum imperat & repeatat,  
& qua ille constantia quo fidei robore hæc  
exceperit & superarit. Tolle inquit Ieho-  
va filium tuum. Cujus parentis animum  
non labefactaret filij nomen? sed ut vali-  
dior esset hic aries, addit, charissimum. Nec  
hoc contentus, adjecit, quem diligis. Satis  
hæc videri poterant ad quodlibet huma-  
num pectus expugnandum, Additum dul-  
cissimum paternis affectionibus filij vocabu-  
lum, Isaac, in quo refricatur & promissi di-  
vini memoria, à quo audierat, in Isaac vo-  
cabitur tibi Ilemen & in Isaac tibi erunt pro-  
missiones. Optabat posteritatem vir optimus,  
nec erat hujus ulla spes reliqua, occiso  
eo, per quem unum ventura erat posteritas.  
Et tamen hunc non simpliciter jubet oc-  
cidi, sed imperat immolari, ut inter appa-

randum identidem cruciet senis animum  
affectus pietatis. Multaq; gravia pietatis  
pondera. Super hæc omnia jubetur mon-  
tem excellum descendere, ad quem ter-  
tio demum die perventum est, ut diu variis  
cogitationibus parentis animus quatere-  
tur; hinc sollicitante affectu humano, hinc  
urgente iussu divino. Jam cum intereun-  
dum puer lignis, quibus exurendus puta-  
batur, onustus parentem ignem gestantem  
& gladium appellans dicit. Pater mi. Atq;  
is respondet. Quid vis fili? Quanto ariete  
charitatis arbitramur pulsatum senis ani-  
mum? Cui verò non commoveat misera-  
tionis affectum pueri patri obsequentis  
simplicitas? cum ait: En ignes & ligna, sed  
ubi victima! tot modis sollicitata fides A-  
brahæ, jam mihi vide, quo robore, quaque  
constantia iussa per agit. Non responsat  
Deo, non expostulat de fidè promissi, non  
deplorat orbitatem suam apud amicos &  
cognatos, quibus rebus utcunq; leniri so-  
let dolor. Loco procul conspecto, jubet  
residere famulos, ne quis iussa peragenti  
obsi-

obsticeret. Filium onerat lignis, ipse struem  
in altari collocat, ipse filium alligat, & lignis  
mactandum atq; adolendum imponit, re-  
ducto brachio vibratensem, filium unicū  
omnem posteritatis adamatae spem jugu-  
laturus, ni subito vox angelica senis dex-  
tram inhibuisset. O insigne constantiae in-  
tentatione exemplum; omnibus illis, qui  
fideles Abrahāmi filij audire & dici gestiunt  
imitandum! Te compello in præsentiarum  
Vir Nobilissime & strenue, Dn. Curt von der  
Lühe/in Gelkow hæreditarie: Audis filius A-  
brahami: in schola crucis te exercet Deus,  
dum Coniuge & Filia, quibus in vita tibi ca-  
riusna fuit te privat: re ipsa testatum fac,  
non degenerem te Abrahāmi filium esse,  
quod imponit onus Deus ferre, & quæ in-  
cumbunt dura, patientia & constantia su-  
perare posse: quod si feceris, non infeli-  
tate patris fidelium premere vestigia te-  
stabimur: Et quid ni faciamus: Amisit e-  
nim & pietatis laude insignem, & generis  
nobilitate conspicuam conjugem & filiam.  
Conjugem, MARGARETAM von der Lühe/

A 3

nobi-

nobilissimis & strenuis natam majoribus.  
Patre Dn. BARTHOLODO von der Lühe/ in Pan-  
som & Berenshagen hæreditario , qui quod  
sibi à filia officium ptaestitum iri sperabat,  
naturæ inverso ordine ipsi exhibet , & fu-  
nus juxta cum viduo mœstissimo curat.  
Matre nobili ac omnium virtutum matro-  
naliū ornamentis decorata foemina, EME-  
RENTIA von Orzen filia JASPAR von Orzen in  
Roggow/Gerkhagen/Glasiorpff & Gorow/Do-  
mino. Nec saltem illam , qua insignis fuit  
generis nobilitatem, à patre & matre, sed &  
ab Avis, Proavis, Abavis, Atavis nobilibus  
accepit. Paternum genus exornant qua  
viri qua mulieres nobiles, ANNA von Penzen/  
MARGARETA von Quishow/MARGARETA  
von Berckentin/ quarum Hæc Hartwigen von  
Berckentin zum Zechen / Illa JOACHIMUM  
von Quishowen in Soigteshagen / Ista VOL-  
LANDUM von Penzen in Redefsin / hæredita-  
rios, patrem habuit. Silentio præterimus  
Povviscos & Rantzovios quos emortua in-  
ter maiores numerat.

In materna familia non minus nobilis-  
simos

simos habuit majores, quibus nobile genus  
debet. Aviam M A R G A R E T A M Powischen/  
Proaviam Ingeburg Penhen. Abaviam A-  
GNETAM Ranzowen/ harum hæc OTTONUS  
von Ranzowen in Buseke/ quod in Hollsatia est;  
illa U L R I C O Penhen in Vandekow/ illa Hans  
Powischen in Harffe Holsatiae , hæreditario ,  
nata fuit. Quibus si adjicere placeret  
die Buchwelle/ die Breden/ die Ranzowen/ ma-  
ternum quoq; stemma à multis annis lon-  
ga serie strenuos ac nobiles dedisse pateret.  
His hæc nostra insignis majoribus, non ab  
avita progenie degeneravit, sed propriis  
virtutibus genus ornavit. Quare & ho-  
neste pieque à parentibus educata, invenit  
qui mature ejus ambiret nuptias; Nobis-  
simum ac Strenuum Virum, C H R I S T O-  
P H O R U M von der Lühe in Cölzow hæredita-  
rium, quo cum pacatum, sed non diu-  
turnum, & quod ne duos quidem  
annos superavit coluit conjugium, &  
filia ex marito suscepta A N N A E M E-  
R E N T I A , viduum experta est torum.

In

In quo quamvis omnem vitam transigere animus erat  
aliter tamen summo Numini visum est, quo disponen-  
te, post viduitatis triennium exactum, ad secunda tran-  
siti vota, quæ contraxit cum Nobilissimo ac strenuo  
Viro Dn. CURT von der Lühe in Cölkow Hæreditario.  
Conjugium hoc ut sine lite fuit, ita nec prole caruit.  
Videre enim conjuges hi, in illo ad octennium veyentes  
ex se natos filium JOACHIMVM, filias MARGA-  
RETAM ELISABETHAM, & Sophiam, quarum  
priores matrem sublatam lugent, hæc SOPHIA ma-  
trem se ad gaudia cælestia, ætatis anno trigesimo secun-  
do, mensis Novembbris die septimo, præcedentem, ejus-  
dem mensis die vigesimo secundo pone secuta est.  
Ultraq; nunc beatorum permista choro, à variolis qui  
matri nataq; finē vitæ attulere, & omnibus morbis immu-  
nis, terrena despicit, cœlestibus lœta per fruitur. Corporis  
exuviae, & matris & filiæ, quæ morti propter peccatum  
debebantur hodie ad se pulturam efferentur. Vos Aca-  
demia Cives hora prima in templo Mariano frequentes  
adeste, funerum deductionem præsentia & comitatu  
vestro ornate, coque officio vestrum in mœstissimum  
viduum & patrem humanitatem testatam facite, P.P.  
Rostochij 4. Decembris anno 1627.












simos habuit majores, quibus nō  
debet. Aviam M A R G A R E T A M  
Proaviam Ingeburg Penzen. A  
G N E T A M Ranckowen/ harum ha  
von Ranckowen in Buseke/ quod in I  
illa U L R I C O Penzen in Vandeko  
powisichen in Harfse Holsatiae , h  
nata fuit. Quibus si adjice  
die Buchwelle/ die Breden/ die Ran  
ternum quoq; stemma à multis  
ga serie strenuos ac nobiles ded  
His hæc nostra insignis majori  
avita progenie degeneravit, s  
virtutibus genus ornavit. Q  
nestle pieque à parentibus edu  
qui mature ejus ambiret nupt  
lissimum ac Strenuum Virum  
PHORUM von der Lühe in Cölkzo  
rium, quo cum pacatum , s  
turnum , & quod ne du  
annos superavit coluit conju  
filia ex marito suscepta A N  
R E N T I A , viduum experta



the scale towards document

032

Patch Reference numbers on UTT  
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.